II.A - L'*Examen*, discusso nel 1519, è conservato al foglio 104r-v del ms. Biblioteca civica di Arezzo, 390 (A), PETRI POMPONATII *Expositio in libros Physicorum Aristotelis*. Questo ms., unitamente al ms. 389 della stessa Biblioteca, raccoglie le *reportationes* di corsi sulla *Fisica* (libri I-III e VII-VIII) risalenti ad anni accademici diversi. In particolare, nel ms. 390, 73r-80v, è contenuta la trascrizione delle lezioni 1514 sul secondo libro della *Fisica* limitatamente ai *textus* 1-17 (e prime linee del *textus* 18). Segue, 81r-110v, la trascrizione di altra mano della *reportatio* acefala e mutila del corso 1519 dal *textus* 18 al *textus* 92. NARDI 1965, 69-70, suggeriva dubitativamente di identificare in Gregorio Frediani il copista del fascicolo contenente il corso più recente; l'ipotesi, accolta come certa da LEMAY 1957, xv, nota 1, è smentita sulla base dell'analisi paleografica da REGNICOLI 2011, 54-55. La stessa Regnicoli propone una accurata ricostruzione della fisionomia originaria dei due mss. aretini (i cui fascicoli risultano oggi scambiati dopo un errato restauro novecentesco) e dei criteri del loro allestimento, avviato presumibilmente nel gennaio del 1523 a opera di

uno studente che provvide a trascrivere personalmente le *reportationes* di alcuni corsi, mentre per altri corsi (e per il *De incantationibus* e il *De fato*) fece ricorso a materiale trascritto da altri due copisti, forse con l'intenzione, mai realizzata, di ricopiarli successivamente. Cfr. NARDI 1965, 69-70; LOHR 1980, 650, 6; REGNICOLI 2011, 43-71.

II.B - Il *Marginale*, che testimonia frammentariamente la discussione del 1519, è contenuto nel già citato ms. Paris, Bibliothèque Nationale de France, lat. 6533, ai fogli 123v-124r. Dopo aver interamente trascritto l'*Expositio* del 1514, Frediani ebbe modo di confrontarla con una copia della *reportatio* che conteneva il resoconto delle lezioni svolte sullo stesso argomento nel 1519; ne estrapolò parti di commenti e discussioni di questioni, annotandole sul margine dei fogli già trascritti in corrispondenza con la disposizione testuale del corso più antico. Il testo del *Marginale* è divenuto parzialmente illeggibile per una larga macchia di inchiostro e per la rifilatura dei fogli. Cfr. NARDI 1965, 70.

Nella trascrizione ho uniformato la grafia, che in ciascuno dei due copisti presenta scempiamenti, raddoppiamenti e vezzi peculiari. Ho adottato sistematicamente il dittongo *ae*. Ho modernizzato maiuscole e punteggiatura e ho introdotto una scansione in paragrafi. In parentesi uncinate ho inserito le integrazioni che mi sono sembrate opportune per una migliore comprensione del testo. Ho mantenuto in testo le numerose ripetizioni che riflettono l'andamento del linguaggio parlato. Non segnalo le cancellature e integro tacitamente le correzioni del copista. Nella trascrizione del *Marginale* segnalo tra parentesi tonde le pochissime lezioni che il guasto del ms. consente di ricostruire congettualmente. I limitati interventi emendativi effettuati sulla lezione dei mss. sono raggruppati qui di seguito secondo l'esponente progressivo

che li segnala nel testo:

a. Unde] Unum (?) *P*; b. agunt] non *praem. P*; c. spontaneae] spintuneae *A*; d. bombices] bocabres *A*; e. vel ] non *A*; f. sensate] sensata *A*; g. faceretne] facietne vel *praem. A*; h. disposita] indisposita *A*.



PIETRO POMPONAZZI

*DUBITATIONES (PHYS. II, T. 80)*

**I: BOLOGNA 1514**

< *DUBIUM* >

Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 6533, 123v-124r

<1> Dubitatur hic quia Philosophus intendit probare naturam agere propter finem ex his quae manifesta sunt in animalibus cognoscentibus.<sup>105</sup> Modo quaeritur an ista animalia faciant hoc per naturam quae est materia, an per naturam quae est forma.<sup>106</sup> Et videtur quod non per naturam quae est materia, quia materia non est principium actionis, sed ipsius est pati et principium est cuiuscunque passionis.<sup>107</sup> Ergo dicendum erit quod agunt per formam. Modo forma istorum animalium est anima sensitiva et non aliud;<sup>108</sup> oportet ergo quod cognoscant, quia anima talis est quae cognoscit. Modo talia non cognoscunt finem, quia talis fit cognitus ex aliqua priori sensatione; modo talia animalia nunquam senserunt suos pullos.

---

105 ARISTOTELE 1562, vol. IV, *Physica*, II, t. 79-80, 78I-K: «Maxime autem manifestum est in caeteris animalibus, quae neque arte, neque inquirendo, neque deliberando faciunt. Quapropter dubitant quidam, utrum intellectu aut quodam alio operentur et aranei et formicae et huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti et in plantis apparet conferentia quaedam fieri ad finem, ut folia propter fructus cooperimentum. Quare, si et natura facit et propter aliquid hirundo nidum facit et araneus telam et plantae folia gratia fructuum et radices non sursum, sed deorsum gratia nutriendi, manifestum est quod est causa talis in iis, quae natura fiunt et sunt».

106 HAMESSE 1974, 145, 55: «Forma dicitur natura, materia dicitur natura». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *Physica*, II, 1, 193a28-31,

107 HAMESSE 1974, 133, 219: «Potentia activa est principium transmutandi aliud in quantum aliud»; 220: «Potentia passiva est principium transmutandi ab altero in quantum ab altero»; 177, 38: «Materia est potentia, forma vero actus». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Metaphysica*, IX, 1, 1046a9-13; vol. I, *De anima*, II, 1, 412a9-10.

108 HAMESSE 1974, 178, 50. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *De anima*, II, 3, 414a29-b2, 415a1-10.

<2> Hic sunt duo modi dicendi. Primus est Burlaei et impugnatur a Paulo Veneto primo et tandem conceditur.<sup>109</sup> Et est quod talia animalia sic agunt ex tali instinctu sibi congenito, sicut dicemus de aliquo homine cum scientia generato, quae sibi fuerit a primordio suae generationis sibi congenita, sicut fuit Salvator noster benedictus. De quo dubitat maledictus iste Averrois in libro *De somno et vigilia* et in libro *De divinatione*.<sup>110</sup> Et ad dubitationem dicit Burlaeus quod non omnis scientia fit ex sensatione praevia.

<3> Sed ista opinio est expresse contra Aristotelem et forte etiam contra veritatem; et hoc per duo convincitur. Primo quia Aristoteles fuisset diminutus: non enim unquam dicit quod aliqua sit scientia, quae non ex praeexistenti fiat cognitione; et deficiente aliquo sensu impossibile est acquirere scientiam illius sensus, et primo et secundo *Posteriorum*.<sup>111</sup> Similiter, si hirundo non videret paleam et lutum, nunquam faceret nidum; vel, si faceret, dicatur quod natura fuit superflua in dando illis illos sensus,<sup>112</sup> cum eis non indigeant, habendo talem scientiam infusam.

<4> Est alia responsio quod ista animalia agunt per naturam, non per cognitionem; et hoc non est impossibile, sicut videmus de spiritu genitivo, qui non cognoscit et tamen agit mirabilia. Sed dices: Haec responsio videtur impossibilis; cuius ratio est quia Aristoteles dixit se velle deducere in cognoscentibus naturam agere propter finem. Ad quod respondetur quod, quantumcunque

---

109 BURLEY 1501, II, 80, 56vb-57ra (*supra*, note 20-25); PAOLO VENETO 1499, II, 80, n1r-v (*supra*, note 31-34).

110 AVERROÈ 1562, vol. VI, *De divinatione*, 36K-37A (*supra*, nota 29).

111 HAMESSE 1974, 311, 1: «Omnis doctrina et omnis disciplina ex praeexistenti fit cognitione»; 317, 70: «Si aliquis sensus defecerit, necesse est scientiam illius sensus deficere»; 321, 120: «Ex sensu nobis fit memoria, ex multis memoriis experimentum». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *Posteriora analytica*, I, 1, 71a1-2; I, 18, 81a38-40; II, 19, 100a3-5.

112 HAMESSE 1974, 188, 168: «Natura nihil facit frustra, unde non deficit in necessariis, nec abundat in superfluis». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *De anima*, III, 9, 432b21-23.

aliqua talis operatio indigeat sensu, puta quo ad capiendum paleam et fimum, sed quo ad modum <quo> construatur non indiget sensu, quod habet illum ex natura, sicut artifex ad faciendum artificium oportet quod habeat scientiam de materia artificii et de constructione, aliter non esset bonus artifex: unde ego cognosco lapides et calcem et tamen nescio construere domum. Et similiter est de prophetis, sicut dicit Aristoteles, tertia particula *Problematum*,<sup>113</sup> qui dicunt vera et tamen nesciunt quid dicant, licet aliquantulum cognoscant hominem et asinum.<sup>114</sup>

| 124r | Sed dices: Per quam ergo naturam talia animalia agunt illud? An per substantiam an per accidens? Credo fortassis per accidens, scilicet per naturales potentias;<sup>115</sup> et maxime secundum Thomam, qui tenuit quod per eiusmodi naturales potentias et habitudines.<sup>116</sup> Unde<sup>a</sup> est quod faciunt hoc per aliquas qualitates; et credo quod sint de secunda specie, licet posset dici quod sint habitus vel dispositio.<sup>117</sup> Posset etiam dici quod faciunt hoc per animam, quae est agens principale; neque hoc est mirum, maxime si tenemus quod potentiae animae sint idem naturaliter quod ipsa anima.<sup>118</sup>

<5> Sed illud quod dicit Commentator, quod ista cognoscunt et agunt<sup>b</sup> propter finem,<sup>119</sup> non videtur verum, quia quomodo hirundo, quae nunquam novit pullos, potest construere nidum? Et de facto construit; et tamen nunquam vidit filios suos; sed quaelibet cognitio ortum habet a sensu.<sup>120</sup> Vel, si aliquid dicatur de hirundine, fiat argumentum de animalibus genitis ex putredine, ut

---

113 ARISTOTELE 1831, vol. II, *Problemata*, XXX, 1, 954a40.

114 *Zaccharia*, 9, 9; *Matteo*, 21, 1-5 (*supra*, nota 35).

115 TOMMASO D'AQUINO 1988, I<sup>a</sup>, q. 77, a. 1, ad 5 (*supra*, nota 40).

116 *Ibid.*, I<sup>a</sup>, q. 78, a. 4 (*supra*, nota 51).

117 PAOLO VENETO 1499, II, 80, n1rb (*supra*, nota 41).

118 GREGORIO DA RIMINI 1979, II, d. 16, q. 3, a. 1, 356-359 (*supra*, nota 42).

119 AVERROÈ 1562, vol. IV, *Physica*, II, 80, 79A (*supra*, nota 5).

120 ARISTOTELE 1831, vol. I, *Posteriora analytica*, I, 1, 71a1-4.

sunt muscae etc. Dicitur quod eiusmodi animalia faciunt hoc non quod cognoscant pullos, sed quia sic natura ea dirigit ad sic operandum; et agens naturale sic illa dirigit, sicut dicitur de bene fortunatis et male fortunatis.<sup>121</sup>

## II.A: BOLOGNA 1519

### EXAMEN

Arezzo, Biblioteca civica, ms. 390, 104r-v

<1> Dicam quaedam quae forte erunt tertia pars praedicationis Plebanae etc.<sup>122</sup> Movet Burlaeus unam dubitationem grandem, quia textu 80 <Aristoteles> dixit quod naturam agere propter finem patet in animalibus agentibus, ut araneis et hyrundinibus, quae agunt propter finem, cum et colligant festucas et lutum et componant nidum: sic faciunt, ut patet, propter finem; et agunt non arte, quia non habent rectam rationem factibilium,<sup>123</sup> cum et ars sit universalium,<sup>124</sup> quorum est intellectus;<sup>125</sup> neque ex inquisitiva et deliberatione operantur: ergo natura; ergo natura operatur propter finem in illis. Haec dicta fuere.

<2> Dicit Burlaeus: Hic est grande dubium quia, si istae bestiolae hoc faciunt,

---

121 HAMESSE 1974, 250, 7: «Bona fortuna est appetitus naturalis datus a deo movente totam naturam». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Ethica eudemia*, VIII, 2, 1248a24-27 (*supra*, nota 99).

122 ARLOTTO 1531, III, n.p. (cfr. *supra*, nota 63).

123 HAMESSE 1974, 240, 111: «Ars est recta ratio factibilium». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Ethica nicomachea*, VI, 4, 1140a21-22.

124 HAMESSE 1974, 115, 6: «Experientia est cognitio singularium; ars vero universalium». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Metaphysica*, I, 1, 981a15-16.

125 HAMESSE 1974, 319, 93: «Sensus est singularium; scientia vero universalium». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *Posteriora analytica*, I, 31, 87b37-39.

ut nono *De historiis* Plinius et Aristoteles,<sup>126</sup> et agunt propter finem, ergo illum intendunt; ergo illum cognoscunt; sed sunt hirundines in primo suo ortu nunquam cognoscentes filios: quomodo ergo intendunt sic? Similiter multae araneae spontaneae<sup>c</sup> nunquam viderunt muscas: quomodo ergo intendunt telam propter illas, scilicet ut illas capiant? Unde refert Avicenna quod in quadam regione nati sunt bombices<sup>d</sup> putridi, constituentes sericum;<sup>127</sup> et tamen nunquam viderunt. Et sic non videtur quod intendant finem, quum intentum non habeant, nisi sit cognitum aliquo modo; sed nullo sensu, ut patet, hoc noverunt; ergo etc. Similiter apparet quod sunt quaedam aves miraculose fere operantes. Quis haec docuit? Quomodo? Ergo etc. Ponit Burlaeus responsionem non peripateticam, licet contra illam credo non posse fieri demonstrationem. Dicit quod natura, quando generat haec animalia, dat sibi artem et cognitionem suarum operationum, discurrendo sic et in araneis et hirundinibus etc.; quibus dat qualitatem illam operandi, sicut dat natura eisdem suos proprios colores et accidentia etc.<sup>128</sup> Quare habetur quod est aliqua cognitio non praesupponens sensum etc. Unde distinguit de triplici prudentia: una cum intellectu, quae est hominum; alia est ex memoria praeteritorum; alia, quae nullam presupponit cognitionem sensitivam, sed data est a natura, insita in principio generationis.<sup>129</sup> Et hic imitatur Platonem, qui dixit quod formans Deus animam dat sibi et bona et scientias, quarum obliviscitur ingrediens hoc

---

126 PLINIO 1909, X, XLIX, 92; XI, XXVIII, 79-84, XXXVI, 108-110; ARISTOTELE 1831, vol. I, *De historia animalium*, IX, 7, 612b18-27; 38-39, 622b19-623a24.

127 AVICENNA 1508, 59v: «in una civitate Saracenorum, que dicitur Scealikam, post pluviam magnam que fuit ibi, videbantur bombices cooperientes terram per miliaria multa; et quilibet illorum texuit super se sericum; et exiverunt post, volantes a latere, et fecerunt semen. Sed istud sericum non erat continuatum, nec poterat reduci ad continuitatem per aliquod genus calamistri; et tunc non curaverunt homines de illo semine. Et credo quod, si illi homines dedissent pullis suorum ovorum folia bona mori, venissent ad completam speciem et generassent bonum sericum».

128 BURLEY 1501, II, 80, 56vb-57ra (*supra*, note 20-21).

129 *Ibid.*, 57ra (*supra*, nota 22).

caducum corpus.<sup>130</sup> Sic igitur aranea non videns <muscam> facit telas: est haec a natura data cognitio, non habens ortum a sensu aliquo etc.; haec Burlaeus.

<3> Haec responsio habet dicere quod non omnis doctrina etc. fit ex praeexistenti cognitione.<sup>131</sup> Quo dato, quid prohiberet homines nasci sic cum scientiis et artibus? Quod non sonat auribus peripateticis; quod tamen est tenendum fide quod anima Christi et Salamon habuerit scientiam Spiritu sancto, non tamen natura, sicut et beata Virgo. Tenent tamen aliqui quod et natura nascuntur aliqui doctissimi, ut Plutarchus in *Vita Numae Pompilii*,<sup>132</sup> quod et Plato asseruit,<sup>133</sup> sicut et mirabile videtur quomodo aliquis sciat sic componere pannos sericos, nisi a Deo et natura hoc datum fuerit.<sup>134</sup> Et Averroes in *De somno et vigilia* dicit hoc, neque negando neque affirmando, quod tales sunt homines nobiscum aequivoce.<sup>135</sup> Aristoteles tamen negat in *De sensu et sensato*; et in secundo *De anima* <dicit> quod in istis generabilibus non est scientia sine sensu.<sup>136</sup> Quid ergo dicendum? Vel negare Aristotelem vel Burlaeum; vel<sup>e</sup> quod intellexerit Aristoteles ut in pluribus etc., ut in *Apologia*, folio 26.<sup>137</sup> | 104v | Non videtur tamen peripatetica haec responsio.

<4> Ideo imaginatus sum alias quod haec non fiant absque cognitione ab istis animalibus. Quomodo est hoc? Dico quod perfective est sine sensu exteriori,

---

130 PLATONE 2003, 44a.

131 HAMESSE 1974, 311, 1. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *Posteriora analytica*, I, 1, 71a1-2; I, 18, 81a38-40; II, 19, 100b3-5 (*supra*, nota 111).

132 PLUTARCO 1998, 1, 3, 124.

133 PLATONE 2016, 81c-d. POMPONAZZI 2011, II, 5, 207 (*supra*, nota 27).

134 POMPONAZZI 2011, II, 7, 238 (*supra*, nota 74). Cfr. PLATONE 2005, III, 678a-b.

135 AVERROÈ 1562, vol. VI, *De divinatione*, 36K-37A (*supra*, nota 29).

136 HAMESSE 1974, 197, 24: «Intellectus noster nihil intelligit sine sensu»; 183, 111: «Phantasia est motus factus a sensu secundum quem animalia multa aguntur et patiuntur». Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *De sensu et sensato*, 6, 445b16-17; *De anima*, III, 3, 429a1-2, 4-6.

137 POMPONAZZI 2011, II, 5, 208 (*supra*, nota 71).

inchoative vero non – ut, si nascatur agnus, fugit lupum. Non novit inimicitiam. Dicunt quod color lupi est res sensata; et hinc extimativa elicit speciem insensatam ex sensata<sup>f</sup> lupi, elicit scilicet inimicitiam;<sup>138</sup> et quoniam natura non deficit in necessariis,<sup>139</sup> sic dedit quod pandit species sensata, ex qua insensatam elicit.<sup>140</sup> Et pari modo hirundo vidit lutum et paleam sensate: tunc extimativa sua elicit et construit nidum. Quare differt haec a Burlaeo, quia vult quod haec non sit ars talis in istis, nisi sensus praecedant, ut dixi etc. Contra istam opinionem esset difficile demonstrare; haec scit solus Deus. Credo enim quod fugeret agnus <ut> lupum indutum pelle lupi,<sup>141</sup> sicut larvatos fugiunt pueri: quare videtur durum talia fari.

<5> Ponitur tamen tertius modus, qui videtur magis peripateticus et minus irrationabilis. Sicut dicit Philosophus in libro *De bona fortuna*: Bene fortunati quae operantur agunt partim cognoscendo, partim non cognoscendo<sup>142</sup> – ut: vis ire Romam; cognoscis iter et Romam; postea contingit quod tua formositate, verbi gratia, venis in gratiam cardinalis; et tandem fis papa. Hic partim cognovit, quia Romam, partim non, quia non putabat sic papam venturum: et hoc quia bona fortuna gubernatus fuit a Deo. Directio enim talis ad hunc finem a superis cognoscitur a sua natura; et sic est aliquod cognitum hic et aliquod non cognitum. Ita est de animalibus istis, quae cognoscunt paleam et lutum, non intendunt nidum, sed sic diriguntur a natura ad illum construendum; sic tu directus fuisti Romam eundi ab impetu et a caelo; et sic est cognita aqua, terra, festuca; finis autem non est cognitus ab istis animalibus, sed ab

---

138 AVICENNA 1972, I, 5, 86; AVICENNA 1968, IV, 1, 6-7 (*supra*, note 47-48).

139 HAMESSE 1974, 188, 168. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *De anima*, III, 9, 432b21-23 (*supra*, nota 112).

140 TOMMASO D' AQUINO 1988, I<sup>a</sup>, q. 78, a. 4 (*supra*, nota 51).

141 DUNS SCOTO 1912, I, d. 3, q. 1-2, a. 4, 349b, 315 (*supra*, nota 77).

142 HAMESSE 1974, 249, 7. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Ethica eudemia*, VIII, 2, 1247b26-28; 1248a, 30-31 (*supra*, nota 96).

ipso Deo bene est cognitus, qui dirigit talia ad hoc construendum: directio namque talis a Deo cognoscitur.<sup>143</sup>

Quis docuit talia sic bene construere? Dico: quis docuit fructibus sic construere folia? In anathomia nervos, musculos quis tam bene ordinavit? Natura, natura, Deus haec dirigunt etc. Et hic modus est consonus Aristoteli, quod faciunt animalia haec et cum cognitione aliquorum et etiam absque cognitione, ut finis. Quare etc.

<6> Sed contra: Tu negas quod cognoscant finem; et tamen Commentator dicit quod apposit hoc exemplum quia intendunt haec finem;<sup>144</sup> ergo cognoscunt illum; ergo etc. Respondeo: posuit Commentator de membris animalium, in quibus non est cognitio; ergo melius dicere potuisset. Vel dic quod est in talibus cognitio aliquorum et aliquorum non, ut dixi.

Aliud dubium: Quomodo esset possibile quod, sicut aranea facit telam, faceretne<sup>g</sup> homo vestes similiter naturaliter absque docente, quasi quod responsio Burlaei valeat? Dico quod est hoc ars Dei et naturae et non cognoscit quod facit: sic aranea et anima sic disposita<sup>h</sup> operatur, non ponendo et multiplicando qualitates insitas; et dic etc., ut capitulo quinto secundi libri *Apologiae* etc. etc.<sup>145</sup>

## II.B: BOLOGNA 1519

< MARGINALE >

Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 6533, 123v -124r

---

143 HAMESSE 1974, 250, 7. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Ethica eudemia*, VIII, 2, 1248a24-27 (*supra*, nota 99).

144 AVERROÈ 1562, vol. IV, *Physica*, II, 80, 79A (*supra*, nota 5).

145 POMPONAZZI 2011, II, 5, 215-217 (*supra*, nota 58).



<1> Dubitatio est ista, quia si istae bestiolae agunt propter finem, ergo intendunt; si intendunt, ergo cognoscunt; sed non cognoscunt, quia puta hirundines, quae nunquam fecerunt filios, non cognoscunt eos; et multa alia huiusmodi possunt fieri argumenta (...).<sup>146</sup> Quis docuit sic operari? Et tamen aequaliter omnes operantur.

<2> De hoc respondet Burlaeus; et consistit in hoc, (quod) quando natura generat hirundines et eiusmodi, sicut dedit illis propriam figuram et colorem, ita dedit artem et cognitionem istarum rerum.<sup>147</sup> Et est simile illi quod dicit Plato de anima humana, qui dicit: Quando deus fecit ipsam, fecit perfectissimam.<sup>148</sup> Et dicit Burlaeus quod ista cognitio talium animalium dicitur prudentia naturalis.<sup>149</sup> Unde concedet quod (est) aliqua cognitio, quae non habet ortum a sensu. Et secundum Burlaeum nihil prohibet homines nasci cum scientia, ut de Christo et aliis; sed dicimus nos Christiani quod fuit a Spiritu sancto, licet Commentator in *De somno e<t> vigilia* dicat: Si qui sint, qui nascantur cum scientiis, sunt homines aequivoce;<sup>150</sup> unde non negat nec concedit.

<3> Aristoteles tamen hoc negat, quia omnis doctrina est ex praeexistenti cognitione.<sup>151</sup> Unde si volumus tenere responsionem Burlaei, dicamus vel quod Aristoteles nescivit hoc: non enim fuit deus; vel quod intellexit ut in pluribus, scilicet: est ex praeexistenti cognitione ut in pluribus. Dico tamen quod responsio Burlaei non est peripatetica. Et in glosa, scilicet 'ut in pluribus', de-

---

146 Seguono alcune parole coperte da una macchia.

147 BURLEY 1501, II, 80, 56vb-57ra (*supra*, nota 21).

148 PLATONE 2003, 41d-42e.

149 BURLEY 1501, II, 80, 57ra (*supra*, nota 22)

150 AVERROÈ 1562, vol. VI, *De divinatione*, 36K-37A (*supra*, nota 29).

151 HAMESSE 1974, 311, 1. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. I, *Posteriora analytica*, I, 1, 71a1-2 (*supra*, nota 111).

struit textum, quia dicit <Aristoteles>: «Omnis doctrina | 124r | et omnis disciplina etc.».

<4> Ideo relinquimus eam, non quia sine ratione, sed quia non peripatetica, et aliam ponimus, quae est quod nec hirundo etc. operatur sine cognitione inchoative, non tamen perfective. Unde, sicut nos videmus, si nascitur lupo et agnus, lupo persequitur agnum et agnus fugit lupum; non tamen agnus prius vidit lupum. Dicimus quia lupo habet colorem et figuram, quae est res sensata et orribilis; et ex ista specie sensata aestimativa agni elicit speciem insensatam, scilicet inimicitiam; et sic fugit ipsum.<sup>152</sup> Ita hirundo facit nidum, quia vidit lutum, paleam, quae (sunt) res sensatae; et ex iis sensatis <hirundines> cognoscunt insensata, id est quae nunquam viderunt, scilicet filium. Et ista est secunda responsio. Domini, esset difficile demonstrare contra istam opinionem. Tamen mirabile videtur quod ex cognitione luti et paleae cognoscant nidum etc.

<5> Ideo ponitur tertia responsio, quae videtur peripatetica et minus (irration)abilis. Nam, ut dicit Aristoteles in libro *De bona fortuna*: Bene fortunati et mali fortunati quae agunt partim agunt cognoscendo, partim non cognoscendo.<sup>153</sup> Verbi gratia: quis vult ire Romam propter aliquem negocium; oportet quod cognoscat negocium et iter etc.; postea vel propter pulcritudinem fit cardinalis et tandem papa. Hoc tamen non cognoscit et nihil aliud fuit quod fecit ipsum papa<m> nisi fortuna, quae dicitur esse Deus. Ita est de istis animalibus: nam hirundo cognoscit terram et festucam; non tamen cognoscit nidum nec illum intendit; unde portat paleam et terram et quod faciat nidum

---

152 AVICENNA 1972, I, 5, 86; AVICENNA 1968, IV, 1, 6-7 (*supra*, note 47-48).

153 HAMESSE 1974, 249, 7. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Ethica eudemia*, VIII, 2, 1247b26-28; 1248a, 30-31 (*supra*, nota 96).

dirigitur a natura, sicut accidit de bene fortunato.<sup>154</sup> Patet ergo quod in his animalibus est quid cognitum et quiddam non cognitum, id est nidus; et finis (tamen) est cognitus (a Deo).

<6> Sed stante ista tertia responsione, cadit dubium, quia Commentator in principio huius <commenti> dicit quod Aristoteles apposuit exemplum de istis animalibus, quia ista agunt per cognitionem;<sup>155</sup> modo ista tertia responsio dicit quod non cognoscunt. Ad hoc respondetur quod re vera Commentator non ita bene dixit, sicut debebat dicere, quia Aristoteles posuit exemplum de plantis quoque, quae non habent cognitionem. Vel dicamus quod Commentator intellexit quod talia animalia agunt cum cognitione aliquali, sicut nos diximus in tertia responsione quod aliquid cognoscunt et aliquid non. Et hoc est habere aliqualem cognitionem.

---

154 HAMESSE 1974, 250, 7. Cfr. ARISTOTELE 1831, vol. II, *Ethica eudemia*, VIII, 2, 1248a24-27 (*supra*, nota 99).

155 AVERROÈ 1562, vol. IV, *Physica*, II, 80, 79A (*supra*, nota 5).

## BIBLIOGRAFIA

### Fonti

ALBERTO MAGNO 1920 = ALBERTUS MAGNUS, *De animalibus libri XXVI nach der Cölner Urschrift*, ed. Hermann Stadler, Bd. II, Münster i. W., Aschendorff 1920.

ARISTOTELE 1562 = ARISTOTELIS *Opera cum Averrois commentariis*, Venetiis, apud Junctas 1562-1574 (rist. anast. Frankfurt a. M., Minerva 1962).

ARISTOTELE 1831 = *Aristoteles graece*, ed. Immanuel Bekker, Berlin, Reimer 1831.

ARISTOTELE 1996 = ARISTOTELE, *Fisica. Libri I e II*, a cura di F. Franco Repellini, Milano, Mondadori 1996.

ARISTOTELE 1988 = ARISTOTELE, *Grande etica. Etica eudemia*, a cura di A. Plebe, Bari, Laterza 1988.

ARLOTTO 1531 = *Facezie, piacevoleze, fabule e motti del Piovano Arlotto*, Venezia, Bernardino Bindoni 1531.

AVERROÈ 1562 = AVERROIS *Commentaria*, in ARISTOTELIS *Opera cum Averrois commentariis*, Venetiis, apud Junctas 1562 (rist. anast. Frankfurt a. M., Minerva 1962).

AVICENNA 1508 = AVICENNA *De animalibus*, in AVICENNAE *Opera in lucem redacta*, Venezia, per Bonetum de Locatellis 1508 (rist. anast. Frankfurt a. M., Minerva 1961, ff. 29r-64r).

AVICENNA 1968 = AVICENNA LATINUS, *Liber de anima seu sextus de naturalibus IV-V*, ed. S. van Riet, Louvain-Leiden, Éditions Orientalistes-Brill 1968.

AVICENNA 1972 = AVICENNA LATINUS, *Liber de anima seu sextus de naturalibus I-II-III*, ed. S. van Riet, Louvain-Leiden, Peeters-Brill 1972.

BRACCIOLINI 1993 = POGGIO BRACCIOLINI, *De varietate fortunae*, ed. O. Merisalo, Helsinki, Suomalainen Tiedeakatemia 1993.

BURLEY 1501 = GUALTERI BURLAEI *Expositio in libros octo De physico auditu Aristotelis Stagerite*, emendata per Nicoletum Verniam Theatinum, Venezia, per Bonetum Locatellum 1501 (ripr. anast. Hildesheim, Olms 1972).

DUNS SCOTO 1912 = IOANNIS DUNS SCOTI *Commentaria Oxoniensia ad IV libros Magistri Sententiarum*, ed. Mariano Fernandez Garcia, Quaracchi, tipografia Collegio S. Bonaventura 1912.

GREGORIO DA RIMINI 1979 = GREGORII ARIMINENSIS *Lectura super Primum et Secundum Sententiarum: Super Secundum*, ed. Damasus Trapp, Berlin, de Gruyter 1979.

IAVELLI 1567 = CHRYSOSTOMI IAVELLI *Quaestiones naturales super octo libros Physicorum Aristotelis*, Lugduni, apud haeredes Iacobi Iunctae 1567.

JANDUN 1497 = JOHANNIS DE GANDAVO *Quaestiones perutiles super tres libros De anima Aristotelis*, Venetiis, per Otinum Papiensem 1497.

NIFO 1503 = AUGUSTINI NYPHI *Liber de intellectu. Accedunt de daemonibus libri tres*, Venetiis, per Petrum de Querengis 1503, ff. 76v-83v.

NIFO 1508 = AUGUSTINI NYPHI *Aristotelis Physicarum acroasum, hoc est naturalium auscultationum liber*, Venetiis, per Bernardinum de Locatellis 1508.

PAOLO VENETO 1499 = PAULI VENETI *Expositio super octo libros Physicorum Aristotelis necnon super commento Averois cum dubiis eiusdem*, Venetiis, per Gregorium de Gregoriis 1499.

PLATONE 2003 = PLATONE, *Timeo*, a cura di Francesco Fronterotta, Milano, Rizzoli 2003.

PLATONE 2005 = PLATONE, *Le leggi*, a cura di Franco Ferrari, Silvia Poli, Milano, Rizzoli 2005.

PLATONE 2016 = PLATONE, *Menone*, a cura di Franco Ferrari, Milano, Rizzoli 2016.

PLINIO 1909 = C. PLINII SECUNDI *Naturalis historia. 2: Libri VII-XV*, ed. Karl May-

hoff, Leipzig, Teubner 1909.

PLUTARCO 1998 = PLUTARCO, *Vita di Numa*, a cura di Angelo Meriani, in *Vite*, vol. VI, a cura di Angelo Meriani, Rosa Giannantonio Andria, Torino, UTET 1998, pp. 124-185.

POMPONAZZI 1512 = PETRI POMPONATII *Expositio in duodecimum Metaphysicae Aristotelis*, Milano, Biblioteca Ambrosiana, A 52 inf., ff. 179v-288v.

POMPONAZZI 1514 = PETRI POMPONATII *Fragmenta super libros Physicorum*, Paris, Bibliothèque Nationale de France, lat. 6533, ff. 1r-146v.

POMPONAZZI 1519 = PETRI POMPONATII *Super secundum Physicorum*, Arezzo, Biblioteca civica, 390, ff. 81r-110v.

POMPONAZZI 1999 = PIETRO POMPONAZZI, *Trattato sull'immortalità dell'anima*, trad. it. di Vittoria Perrone Compagni, Firenze, Olschki 1999.

POMPONAZZI 2004 = PIETRO POMPONAZZI, *Il fato, il libero arbitrio e la predestinazione*, trad. it. di Vittoria Perrone Compagni, Torino, Aragno 2004.

POMPONAZZI 2011 = PIETRO POMPONAZZI, *Apologia*, trad. it. di Vittoria Perrone Compagni, Firenze, Olschki 2011.

POMPONAZZI 2013 = PIETRO POMPONAZZI, *Le incantazioni*, trad. it. di Vittoria Perrone Compagni, Pisa, Edizioni della Normale 2013.

RICCI 1514 = PAULI RICCI *In Apostolorum Symbolum iuxta Peripateticorum dogma dialogus perplane ac summo ingenii acumine lumini gratiae lumen conciliat naturae*, Augsburg, [Miller] 1514.

TOMMASO D'AQUINO 1953 = THOMAE AQUINATIS *Quaestiones disputate de potentia*, ed. Paolo M. Pession, Torino, Marietti 1953.

TOMMASO D'AQUINO 1988 = THOMAE DE AQUINO *Summa theologiae*, Cinisello Balsamo, Edizioni Paoline 1988.

TOMMASO D'AQUINO 2011(1) = THOMAE DE AQUINO *Quaestiones disputate de veritate*, ed. A. Dondaine, in SANCTI THOMAE DE AQUINO *Opera Omnia*, t. XXII, vo-

lumen II, fasc. 1, Romae, Ad Sanctae Sabinae 1970.

TOMMASO D'AQUINO 2011 (2) = THOMAE DE AQUINO *Expositio super Isaiam ad litteram*, in SANCTI THOMAE DE AQUINO *Opera Omnia*, t. XXVIII, Roma, Editori di San Tommaso 1974.

## Studi

BACCHELLI 2007 = FRANCO BACCHELLI, «Appunti sulle concezioni religiose di Giovanni Pontano, Antonio Galateo, Mario Equicola e Pier Andrea da Verrazzano», in ANNA RITA ANGELINI, PIERRE CAYE (eds.), *Il pensiero simbolico nella prima età moderna*, Firenze, Olschki 2007, 21-57.

BERTI 2005 = ENRICO BERTI, *Nuovi studi aristotelici. II: Fisica, antropologia e metafisica*, Brescia, Morcelliana 2005.

BIANCHI 2003 = LUCA BIANCHI, *Saggi sull'aristotelismo del Rinascimento*, Padova, Il Poligrafo 2003.

FERRI 1876 = LUIGI FERRI, *La psicologia di Pietro Pomponazzi secondo un manoscritto inedito dell'Angelica di Roma*, Roma, Salviucci 1876.

GUASTINI 2005 = DANIELE GUASTINI, «Aristotele e la metafora: ovvero un elogio dell'approssimazione», *Isonomia. Rivista elettronica dell'Istituto di Filosofia dell'Università di Urbino "Carlo Bo"* (2005), [www.uniurb.it/filosofia/isonomia](http://www.uniurb.it/filosofia/isonomia) (ultimo accesso 1 settembre 2019).

HAMESSE 1974 = JACQUELINE HAMESSE, *Les Auctoritates Aristotelis. Un florilège médiéval. Étude historique et édition critique*, Louvain-Paris, Publications Universitaires-Béatrice Nauwelaerts 1974.

HASSE 2000 = DAG NIKOLAUS HASSE, *Avicenna's De Anima in the Latin West. The formation of a Peripatetic Philosophy of the Soul*, London-Torino, Warburg Institute-Aragno 2000.

LEMAY 1957 = RICHARD LEMAY, «Prolegomena», in PETRI POMPONATII *Libri quinque de fato, de libero arbitrio et de praedestinatione*, ed. R. Lemay, Lugano, Thesaurus Mundi 1957, pp. IX-LXII.

LOHR 1980 = CHARLES LOHR, «Renaissance Latin Aristotle Commentaries: Authors Pi-Sm», *Renaissance Quarterly* 33 (1980), 623-734.

LO PRESTI 2017 = ROBERTO LO PRESTI, «(Dis)embodied Thinking and the Scale of Beings. Pietro Pomponazzi & Agostino Nifo on the “Psychic” Processes in Men and Animals», in STEFANIE BUCHENAU, ROBERTO LO PRESTI (eds.), *Human and Animal Cognition in Early Modern Philosophy and Medicine*, Pittsburgh (PA), University of Pittsburgh Press 2017, pp. 43-57.

MACHIAVELLI 1971 = NICCOLÒ MACHIAVELLI, *Tutte le opere*, a cura di Mario Martelli, Firenze, Sansoni 1971.

NARDI 1965 = BRUNO NARDI, *Studi su Pietro Pomponazzi*, Firenze, Le Monnier 1965.

PERLER 2012 = DOMINIK PERLER, «Why is the Sheep Afraid of the Wolf?», in MARTIN PICKAVÉ, LISA SHAPIRO (eds.), *Emotions and Cognitive Life in Medieval and Early Modern Philosophy*, Oxford, Oxford University Press 2012, pp. 32-52.

PERRONE COMPAGNI 2009 = VITTORIA PERRONE COMPAGNI, «Métamorphoses animales et génération spontanée. Approfondissements matérialistes après le *De immortalitate animae*», in JOEL BIARD, THIERRY GONTIER (eds.), *Pietro Pomponazzi entre traditions et innovations*, Amsterdam-Philadelphia, Grüner 2009, pp. 65-81.

PERRONE COMPAGNI 2010 = VITTORIA PERRONE COMPAGNI, «La teologia di Pomponazzi: Dio e gli dei», in MARCO SGARBI (ed.), *Pietro Pomponazzi. Tradizione e dissenso*, Firenze, Olschki 2010, pp. 107-129.

PERRONE COMPAGNI 2011(1) = VITTORIA PERRONE COMPAGNI, «La stagione delli frumenti. Due lezioni di Pomponazzi sulla generazione spontanea», *Bruniana & Campanelliana* 17 (2011), pp. 199-219.

PERRONE COMPAGNI 2011(2) = VITTORIA PERRONE COMPAGNI, «Evidentissimi avvertimenti dei numi. Sogni, vaticini, profezie in Pomponazzi», *Annali del Dipartimento di Filosofia* 17 (2011), pp. 21-59.

PIRO 1999 = FRANCESCO PIRO, *Il retore interno. Immaginazione e passioni all'alba dell'età moderna*, Napoli, La Città del Sole 1999.



RAMBERTI 2010 = RITA RAMBERTI, «Esegesi del testo aristotelico e naturalismo nel *De nutritione et augmentatione*», in MARCO SGARBI (ed.), *Pietro Pomponazzi. Tradizione e dissenso*, Firenze, Olschki 2010, pp. 315-345.

REGNICOLI 2011 = LAURA REGNICOLI, *Processi di diffusione materiale delle idee. I manoscritti del «De incantationibus» di Pietro Pomponazzi*, Firenze, Olschki 2011.

RUBINI 2013 = PAOLO RUBINI, «Pomponazzi e l'anima degli animali», in CECILIA MURATORI (ed.), *The Animal Soul and the Human Mind. Renaissance Debates*, Pisa-Roma, Serra 2013, pp. 75-95.

RUBINI 2015 = PAOLO RUBINI, *Pietro Pomponazzis Erkenntnis Theorie. Naturalisierung des menschlichen Geistes in Spätaristotelismus*, Leiden-Boston, Brill 2015.

SCHENK 2010 = GERRIT JASPER SCHENK, «Dis-astri. Modelli interpretativi delle calamità naturali dal Medioevo al Rinascimento», in MICHAEL MATHEUS *et alii* (eds.), *Le calamità ambientali nel tardo medioevo europeo: realtà, percezioni, reazioni*, Firenze, Firenze University Press 2010, pp. 23-76.

ZAMBELLI 1982 = PAOLA ZAMBELLI, «Fine del mondo o inizio della propaganda? Astrologia, filosofia della storia e propaganda politico-religiosa nel dibattito sulla congiunzione del 1524», in PAOLA ZAMBELLI (ed.), *Scienze, credenze occulte, livelli di cultura. Convegno internazionale di studi*, Firenze, Olschki 1982, pp. 291-368.

ZAMBELLI 1986 = PAOLA ZAMBELLI, «Many Ends for the World: Luca Gaurico Instigator of the Debate in Italy and Germany», in Paola Zambelli (ed.), *Astrologi hallucinati. Stars and the End of World in Luther's Time*, Berlin, de Gruyter 1986, pp. 239-263.